UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

1. Quid sit Casus reseruatus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

Visual Library

IV. *Reſeruatio competit Papæ, Epiſcopis, Prælatis Religionum.*

I. NOtio Caſus Theologis vſurpata bifàriam ſumitur. Primò & latè, pro quacunque quæſtione de actibus moralibus formatâ. [A] Secundò & ſtrictìm, pro ſolo peccato. [B] per quod operás moraliter homo à virtutis rectitudine cadit: iuxta hanc notionem Cenſuræ Eccleſiaſticæ [C] Irregularitas [D] Iuramentum. [E] Votum. [F] ſub caſus appellatione non veniunt, Cenſuræ enim per ſe peccata non ſunt, ſed pœnæ peccatis adnexæ; Irregularitas eſt impedimentum quo aliquis directè & primariò à SS. Ordinum ſuſceptione remouetur; Iuramentum deniq; & Votum ſunt potius actiones virtutis Religionis, quàm peccati. Pari de cauſa acceptio [G] caſus reſeruati latè extendi poteſt ad cenſuras,

Irre-

Irregularitatem & huiuſmodi alia: ſtrictim verò ſolùm ad peccatum. Reſeruatio autem eſt negatio [H] iuriſdictionis, ſeu abſolutionis circa aliquod peccatum, Cenſuram, Voti diſpenſationem.

[A] *Sayr Claui Regia l. 1. c. 1. nu. 3.* [B] *idem num. 4. Cornelius in Epiſt. ad Rom. c. 5. v. 15. vbi Adæ peccatum Caſus nuncupatur, cum Communi, in 1. p. D. Th. de Caſu ſeu peccato Angelorum.* [C] *Auila. p. 1 dub. 4 Sayr. l. 1. Theſauri de Cenſuris c. 1 n 8 & 9. Nau. in Man. c 27. n 1.* [D] *Sayr cit. l 9 c. 1. n. 9.* [E] *S Th. 22 q 89 a 1. Sayr. Clau. Reg. l 5. c. 1 de Iuramento. n. 3 & eſt de fide.* [F] *Azor. Tomo. 1. Inſtit. Moral. c. 4.* [G] *Sayr. cit.* [H] *Filliut. t. 1 tract 7. c. 10.*

II. Iuriſdictio [A] per approbationẽ Epiſcopi ordinariè collata, non ſe extendit ad Abſolutionem reſeruatorum, nec facultas à

 reſer-